



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XIII. Die Ianvarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XIIII. DIE JANVARII.

P. FRANCISCUS
ADORNVS.

13. Ian. Ita-
lus Genuz.
1506. at. 15.

Mart.

Castris.

Potissat-
us. Jan. 1589.

Concio.
Colloquio.

Charitas.

S. Caroli Cardin. Borromxi Confessorius, ab eodem in amore ac reuerentia vnicè habitus. Carolus Episcopus Nouariensis testis est, Franciscum suum obitum prædixisse, ac pro concione dixisse; visum sibi in gloria Carolum Borromæum iam mortuum, qui bene secum agi dixerit, adieceritque. Tu quoque breui accerseris. Id quod ita haud multo post expertus est, mirâ quadam pulchritudine post mortem afflatus. Pro hac fœminam (quaे liberali eius formâ pellesta, scelus ab co**st**blanditijs flagitare aggressa fuerat) castissimo ingenio eluit, quando turpificata sorribus, seu retrimentiis è latrina petitis, facie fœdiores illius amores in horrorem nauseamque conuertit.

P. BARTHOLOMÆVS
IACOBI.

NESTOR quidam, & Xenophon Indicus videbatur duabus illis quas percallebat Linguis, tam eleganti suauitate loquens, ut ab Indis Mirqui, Simi, id est, Lingua Mellea diceretur. Nec minus utiliter ac salubriter quam suauiter fluebat illi oratio, magno fructu cum aliorum rursum eius qua*m* domi nostræ est Sodalitatis: in qua cum non nisi 80. capita represisset quando appulit, post quatuor mensium interuallum in eadem mille quingentis plures è vita discedens reliquit. Pestis inundans in populum sequiebat. Hunc ille dum totomis ad-

iuum iret, magnâ id genus heroum morte ad immortales abscessit.

P. CONSTANTINVS
PVLCHARELLVS.

Italus Ne-
poli. 13. Ian.
1610. at. 41.
Mortis.

MOrbis suis non satur, corpus ieiunijs, oratione, communis disciplina perseverantia, lectuli loco terrâ nudâ, puluilli vice truncu afflauit. Ioannes Paulus Carcanellus in præfat: Poësis Pulcharelli, Constantini, inquit, etiam infantem, cum tabes ignota conficeret, Mater Laurinis folijs tumulatum soli exposuit, quâ re illi salus reddit. Praeclarum, sed brenis æui ingenium, quia quartam annorum decadem non nisi anno unico supergressum.

P. IOANNES
DE OLIVA.

Bahyæ in
Braſilia 33.
Jan. 1652.
at. 80.
Soc. 60.

Regula.

Superior.
Moreficio.

DE hoc è Braſilia literis ita scripti in annis 1657. P. Joannes de Oliua 4. vota professus, olim tyronum institutioni atque Collegiorum plurium rectioni præfectus, eo ia officio ita rem gessit ut cum facile primis possit conferri. Incorrupta illi constituit semper Virginitas; libibata circa leges nostras, citra ullam violationem in eo vñquam visam religio. Comis erga omnes reuerentia, etiam cum præfasset. Quo tempore, siicut se immunem esse à nullō reliquorū onere volebat, neque quicquam commoditatis, vel ministræ in cibo, potu, aut alijs, clam vel palam admittebat; ita nihil patiebatur vel committi eorum qua*m* lex prohibet; vel eorum qua*m*

*Colloquia
spiritu.*

qua mandat, omitti, omni peratten-
tæ curæ ac exempli pondere in id in-
tentus; atque si quispiam sociorum
aliquid voluntariae afflictionis pa-
lam susciperet, semper illius in ea co-
mes. De diuinis familiaris illi sermo
ac frequens, nec siccus à lachrymis;
maxime cùm de Christo paruolo na-
scituro ad socios diceret pridie eius fe-

sti. Ab Hollandis per iter caput, & in
Belgium asportatus, Amsterodami in
carcerem, ac vincula constrictus est
post multas ærumnas nauigationis.
Biennio istic summa egestate exacto,
liber tandem Romam, inde in Lusita-
niam profectus, & suæ Brasiliæ resti-
tutus, istic maturum vitæ tam piæ ac
laboriosæ finem inuenit.

XIV. DIE IANVARII.

P. IOANNES DE LA
HAYE SERVIUS.

14. Ian Bel-
ga Duaci.
1614.

Fiducia.

Humilitas.
Pietas.

Sacrum.

Paupertas.

Experientæ semper, &c quæstuosæ
in Dævm fiduciæ vir, etiam in re
domi valde arcta, magno Duac-
ensis Collegij bono. Quidquid litté-
rarū dabat ad viros maioris nominis,
eas primò ad Patrem spiritualem ex-
pendendas afferebat. In suo conclavi
pro stationibus obeundis imagines
hac & illac affixerat, quas obibat,
cum in templo id æquè crebro ac vel-
let, non posset. Hunc Belgæ inter ma-
gis illustria Belgij lumina censuere.
Permagna illi semper, quantæ demum-
cunque occupationes irruerent, ad
Sacrificium diuinum persanctè cele-
brandum apparatio, vita vbique at-
tentæ, paupertatis tanta religio, ut ne,
repertæ quidem vnius aciculæ v-
sumadmitteret, nisi magnâ reue-
rentiæ significatione rogatus Supe-
rior audiisset.

P. MARTINVS
DE MELLO.

CVM Collegijs, vel Prouinciaæ præ-
cesset pollebat suavitate nulli sus-
pecta & arte obliuionis, quā delebat, Lusitanus:
quicquid vllus deliquisset, si tamen Ebore. 14.
emendasset. De Societate tam tenerè Jan. 1617.
loquebatur & audiebat, vt animi sen- xiat. 70.
sum dissimulare non possent oculi, & Soo. 55.
cadentes ab illis vbertim lachrymæ.
Fidelis erat & seterus alienæ famæ Superior.
custos, ne quid maculæ ab vlla lingua.
illo præsente acciperet. Obedientia Vocab.
erat illi norma examinis, ad hanc e-
nim expendebat quicquid tota die di-
xisset aut egisset, an id obedienter sit factum. Castitas illi tam nitida, vt Paupert.
illum nunquam expiatione vllâ eguis-
se affirmet. Paupertatem habuit re-
uerenter vt matrem, & velut illius ve-
rè filius haberet voluit. Per totos tri-
ginta annos eadem illi uestis, si tamen
eadem dici potest, cùm cento fuerit è
frustulis, maiore paupertatis, quām
vel sui commodi, vel alieni oris de hoc
aliquid fortè dicturi cura.